

perpetuari eam concedimus : cum iniquum sit propter occupationes florētissimi ordinis, quas circa nostrā pietatis ministeria habere noscitur, causas hominum depere.

§ 4. Illud¹⁵ etiam merito addendum huic legi censemus, ut si quis fatali dī apud appellatioṇis judicem introductus, sive ex parte una¹⁴, sive cognitioṇaliter causa appellatioṇis imponat exordium; deinde relata ea discedat, et in desidia reliquā tempus permaneat, et annale tempus post inchoatā litem praterierit; victore neque sententiam ad effectum perducere valente, propter litem jam inchoatam, neque jam terminum accipere inveniente, cum appellator absenta eam finiri non facile concedat: hujusmodi iniquitatē amputantes, cum adversarius potest etiam minime præsentē appellatore litem exercere, quia hoc speciale privilegium ejus est qui appellatioṇi examinanda presidet, posse et ex una¹⁵ parte causam dirimere: jubemus eundem appellatorem, nisi observaret iudicium, et causam usque ad finem peregerit, sed et si per eum sterterit, quominus omnia litis certamina implentur, appellatioṇe defraudari, et sententiam contra eum latam in suo robore durare, et ad effectum perduci, tanquam si ab initio minime fuerit provocatum: nisi ipse appellator evidentissimis probationibus possit ostendere, se quidem summa ope nisus, voluisse litem exercere; per judicem autem stetisse, vel aliam inexorabili causam subsecutam, propter quam hoc facere minime valuit. Tunc etenim aliud ei annale tempus indulgēmus, quo effluente, et līte minime finem accipiente, cadere eum de appellatorio juvamine disponimus: cum ei sit apertissima facultas et nostram adire maiestatem, et tarditatem iudicis in querelam deducere, et nostro beneficio perpotiri. — § 5. Cui consentaneum est, ut et in sententiā omnium amplissimorum pretorio oraculo retractandis eadem observatio, quae supra dicta est, post ingressum unius, vel utriusque partis, tam propter absentiam personarum, quam propter statuta tempora teneat. — § 6. Sin autem partes inter se scriptura interveniente paciscedunt¹⁶ esse crediderint, nemini parti licere ad provocatioṇis auxilium pervenire, vel ullum fatale observare: eorum pactionem firmam esse censemus. Legum etenim austrietatem in hoc casu volumus pactis¹⁷ litigium mitigari. — Dat. 15 kalend. decemb. Chalcedone, Decio V. C. Cons. 526.

TIT. LXIV.

QUANDO PROVOCARE NON¹ EST NECESSĒ.

4. Imp. ALEXAND. A. Apollinari et aliis.

Latam sententiā dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, quod contra res prius judicatas², a quibus provocatum non est, lata sit. Cujus rei probationem si promplam habetis, etiam citra provocatioṇis admīnīculum, quod ita pronunciātū est, sententiā auctoritatem non obtinebit. — P. P. kal. april. ALEX. A. Cons. 223.

2. *Idem*, A. Capitaneis.

Si cum inter te et aviam defuncti questio de successione esset, iudex datus a preside provincie pronunciavit potuisse defunctum etiam minorēm quatuordecim annis testamentū facere, ac per hoc aviam potōrem esse: sententiā ejus contra tam manifesti³ juris formam datam, nullas⁴ habere vires palam est: et ideo in hac specie nec provocatioṇis auxilium necessarium fuit. Quod si, cum de astate quereretur, implesse defunctum quartum decimum annum, et per hoc, jure factū testamentū pronunciavit, nec provocasti, aut post appellatioṇis impletam causam destituti: rem iudicatum retractare non debes.

3. Imp. GORDIANUS A. Ingenuo.

Si (ut proponis) suspensa apud amplissimos judices cognitione provocatioṇis, quam te ob id interposuisse dicas, quod decurio nominatus⁵ es, ad duumviratum vocatus es: manifestum est prajudicium⁶ futurā notioni memoratorum iudicū fieri non potuisse.

4. Imp. VALERIANUS et GALLIENUS AA. et VALER. C. Juliano.

Cum magistratus datos judices, et unum⁷ ex his pronunciasse proposnas: non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia iure non teneat. — Datum 5 idib. decemb. LEONTIO et SALLUSTIO Cons. 54.

¹³ N. 95, c. 1. — ¹⁴ L. 12, supr. de legib.; L. 4, infr. de accusationib.; N. 49, pr.; N. 126, c. 2. — ¹⁵ L. 15, 2 et seq. supr. de judicis. — ¹⁶ Fec. L. 1, 2 3. D. a quibus appellari. — ¹⁷ Confer L. 43, D. de pactis; L. 27, D. de reg. jur.

Tir. LXIV. — 1. Lib. 49, D. 8. — 2. L. 1, supr. sentent. rescindi non posse. — 3. Fec. L. 5, pr. D. qui testam facere poss. — 4. L. 19, D. de appellat.; L. 1, 2 2, D. quae sentent. sine appellat.; L. 5, infr. h. t. — 5. L. 4, supr. de appellatioṇib. — 6. Arg. N. 134, c. 5, in fin. — 7. Confer L. 59, D. de re iudicat. — 8. Supr. de modo multarum. — 9. L. ult. D. de jurisdict. — 10. L. 1, supr. h. t. — 11. Fide famē L. 2, 2 2, D. de judicis. — 12. L. 1, L. 2, supr.

5. Imp. CARUS, CARINUS et NUMERIANUS AAA. Domitiano. Certa ratione et fine multare⁸ præsides possunt. Quod si aliter⁹, et contra legis statutum modum provincie præses multam vobis irrogaverit: dubium non est, id quod contra¹⁰ jus gestum videtur, firmitatem non tenere, et sine appellatioṇe posse rescindi. — P. P. id. Jan. CARO et CARINO Cons. 283.

6. *Idem*, AAA. Germano.

Cum non eo die, quo præses provincie præcepit, iudex ab eodem datu pronunciaverit, sed ductis¹¹ diebus alieniore tempore sententiam dedisse proponatur: ne ambages frusta interposita provocatioṇis ulterius negotium protractant, præses provincie, superstitionis appellatioṇe submota, ex integro inter vos cognoscet.

7. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. Nicagoræ.

Venales sententiā¹², qua in mercede a corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interposita provocatioṇis auxilium jam pridem a divi principibus infirmas esse decretum est.

8. *Idem*, AA. Constantino.

Si pater tuus, cum decurio creareris, non¹³ consensit, et decimum quintum annum etatis agis, aditus præses provincie, si inhabilem¹⁴ te ad eundem decurionatus honorem esse persperherit: quando hujusmodi etati etiam præmissa appellatioṇe subveniatur, iniquam nominationem removet.

9. *Idem*, AA. et CC. Rufinæ.

Veteranis¹⁵, qui in legione, vel vexillatione militantes, post vicesima stipendia honestam, vel causariam¹⁶ missionem consequunti sunt; one- rum, vel munerum personalium vacationem concessimus. Hujusmodi autem indulgentiae nostra tenore remunerantes filiam devotionem militum nostrorum, etiam provocandi necessitatem remisimus.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ.

Omnem honorem salvum iudicibus reservantes, si quando una pars quasi lēsa per definitivam eorum sententiā, provocatioṇe usa fuerit, interdicimus alteri parti, que vicit, pro hoc tantummodo, quod nihil capere pro sumptibus litiis, vel detrimentis, vel minus quam oportet, jussa est, provocatioṇem offerre: cum et ipsa decisionem litiis recte factam esse confiteatur: iudicibus scilicet, sive florentissimis proceribus sacri nostri palati, sive his quibus pro minore litiis estimatione consultationes delegantur, (si persperherit adjuvandum esse¹⁷ victorem sumptuum perceptione) etiam sine provocatioṇe ejus, hoc statuentibus, et justam eorundem sumptuum quantitatē definientibus. Sed nec occasione consultationis introducenda victori provocare concedimus: cum et priscis legibus liceat ei et sine provocatioṇis auxilio eandem consultationem differente suo adversario introduce: et nos ei nihilominus hoc permittimus, injuriam ex supervacua provocatioṇe iudicibus fieri prohibentes. — Dat. 7 id. april. Constantinop., DECIO V. C. Cons. 829

TIT. LXV.

QUORUM APPELLATIONES NON RECIPIUNTUR¹.

1. Imp. ANTONINUS A. Sabino.

Ejus, qui per contumaciam² absens: cum [ad] agendam causam vocatus esset, condemnatus est negotio prius summatum perscrutato, appellatio recipi non potest. — P. P. non. Jul. ANTONINUS A. et BALENO Cons. 214.

2. Imp. CONSTANTIUS et CONSTANS AA. ad Hieroclem consularem Syria Coles.

Observare curabis, ne quis homicidiarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque [corum, qui manifestam violentiam commiserunt], argumentis convictus⁵, testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus audiat appellans. Sicut enim hoc observari dispositum, ita æquum est testibus productis, instrumentisque prolatis, aliisque argumentis præstatis, si sententia contra eum lata sit, et ipse, qui condemnatus est, aut minimae voce sua confessus sit, aut formidino tormentorum territus, contra se aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegari. — Datum 5 idib. decemb. LEONTIO et SALLUSTIO Cons. 54.

¹³ N. 95, c. 1. — ¹⁴ L. 12, supr. de legib.; L. 4, infr. de accusationib.; N. 49, pr.; N. 126, c. 2. — ¹⁵ L. 15, 2 et seq. supr. de judicis. — ¹⁶ Fec. L. 1, 2 3. D. a quibus appellari. — ¹⁷ Confer L. 43, D. de pactis; L. 27, D. de reg. jur.

Tir. LXV. — 1. Lib. 49, D. 8. — 2. L. 1, in fin. iofr. h. t.; L. 15, 2 2, D. quae sentent. sine appellat.; L. 5, infr. h. t. — 3. L. 4, supr. de appellatioṇib. — 4. Arg. N. 134, c. 5, in fin. — 5. Confer L. 59, D. de re iudicat. — 6. Supr. de modo multarum. — 7. L. ult. D. de jurisdict. — 8. Fide famē L. 2, 2 2, D. de judicis. — 9. L. 1, L. 2, supr.

Q

de Quadriennii prescriptione, pag. 483. Lib. 7. tit. 37.

de Quadrimenstruis brevibus. 403. * 1. 42.

Quæ res exportari non debeant. 260. * 4. 41.

— pignori obligari possunt. 656. * 8. 17.

— venire non possunt. 260. * 4. 40.

Quæ sit longa consuetudo. 573. * 8. 53.

de Quæstionibus. 616. * 9. 41.

de Questoribus et Magistris offici. 719. * 12. 6.

Quando civilis actio criminali præjudicet. 611. * 9. 31.

— decreto opus non est. 360. * 5. 72.

— dies legati vel fideic. 436. * 6. 35.

— et quibus quarta pars. 633. * 10. 34.

— ex facto Tutoris. 540. * 5. 59.

— fiscus vel privatus. 221. * 4. 15.

— Imperator inter pupillos. 175. * 3. 14.

— libellus Principi datus. 87. * 4. 20.

— liceat ab empione discedere. 263. * 4. 48.

— liceat unicuique sine Judge. 170. * 3. 27.

— mulier tutele officio fungi potest. 534. * 5. 35.

— non potentum partes. 573. * 6. 10.

— provocare non est necesse. 811. * 7. 61.

— Tutores vel Curat. 351. * 5. 60.

Quemadmodum civilia munera. 660. * 10. 42.

— testamenta aperiantur. 408. * 6. 32.

Qui admitti ad bonorum possess. 574. * 6. 9.

— æstate. 583. * 5. 68.

— æstate vel professione se excus. 664. * 10. 40.

— bonis cedere possunt. 815. * 7. 71.

Quibus ad conductionem prediorum. 715. * 11. 72.

— ad libertatem proclamare non lic. 472. * 7. 18.

— ex causis majoris in integr. 153. * 2. 54.

— Muneribus excusentur hi, qui etc. 667. * 10. 56.

— non objic. longi temp. præscr. 482. * 7. 55.

— res judicata non nocet. 800. * 7. 56.

de Quibus muneribus. 663. * 10. 48.

Qui dare Tutores vel Curatores possunt. 532. * 5. 54.

— et adversus quos in integr. 149. * 2. 42.

— legitimam personam standi in jud. 168. * 3. 6.

— manumittere non possunt. 465. * 7. 41.

— militare possunt. 738. * 12. 54.

— morbo. 585. * 5. 67.

— morbo se excusant. 664. * 10. 50.

— non possunt ad libertatem pervenire. 464. * 7. 12.

— numero liberum se excusant. 583. * 5. 66.

— numero tutelarum. 585. * 5. 69.

— petant Tutor, vel Curat. 330. * 3. 31.

— potiores in pignore lab. 537. * 8. 18.

— pro sua jurisdictione. 107. * 5. 4.

— testamenta facere possint. 583. * 6. 22.

Quod cum eo, qui in aliena potestate. 237. * 4. 26.

Quomodo et quando Judex. 390. * 7. 45.

Quo quisque ordine conveniatur. 689. * 11. 53.

Quorum appellatioṇes non recipiuntur. 512. * 7. 63.

— bonorum. 520. * 8. 2.

— legatorum. 521. * 8. 3.

Q

de Quadriennii præscriptione. pag. 483. Lib. 7. tit. 37.
de Quadrimenstruis brevibus. 103. * 4. 42.
Quæ res exportari non debeant. 260. * 4. 41.
— pignori obligari possunt. 556. * 8. 17.
— venire non possunt. 260. * 4. 40.
Quæ sit longa consuetudo. 573. * 8. 55.
de Questionibus. 616. * 9. 41.
de Questoribus et Magistris offic. 719. * 12. 6.
Quando civilis actio criminali præjudicet. 611. * 9. 31.
— decreto opus non est. 560. * 5. 72.
— dies legati vel fideic. 456. * 6. 53.
— et quibus quarta pars. 655. * 10. 54.
— ex facto Tutoris. 540. * 8. 59.
— fiscus vel privatus. 221. * 4. 18.
— Imperator inter pupilos. 175. * 3. 14.
— libellus Principi datus. 87. * 4. 20.
— licet ab emptione discedere. 265. * 4. 45.
— licet unicuique sine Judice. 179. * 3. 27.
— mulier tutela officio fungi potest. 534. * 5. 55.
— non pertinentia partes. 573. * 6. 10.
— provocare non est necesse. 511. * 7. 64.
— Tutores vel Curat. 351. * 8. 60.
Quemadmodum civilia munera. 660. * 10. 42.
— testamento aperiantur. 408. * 6. 52.
Qui admitti ad honorum possess. 574. * 6. 9.
— æstate. 555. * 5. 68.
— æstate vel professione se excus. 664. * 10. 49.
— bonis cedere possunt. 515. * 7. 71.
Quibus ad conductionem prædiorum. 715. * 11. 72.
— ad libertatem proclamare non lic. 472. * 7. 18.
— ex causis maiores in integr. 158. * 2. 54.
— Muneribus excusentur hi, qui etc. 667. * 10. 58.
— non objic. longi temp. prescr. 482. * 7. 38.
— res judicata non nocet. 500. * 7. 36.
de Quibus muniberis. 663. * 10. 48.
Qui dare Tutores vel Curatores possunt. 552. * 5. 54.
— et adversus quos in integr. 149. * 2. 42.
— legitimam personam standi in jud. 168. * 3. 6.
— manumittere non possunt. 465. * 7. 11.
— militare possunt. 758. * 12. 54.
— morbo. 558. * 5. 67.
— morbo se excusant. 664. * 10. 50.
— non possunt ad libertatem pervenire. 464. * 7. 12.
— numero liberum se excusant. 555. * 5. 66.
— numero tutelarum. 555. * 5. 69.
— petant Tutor, vel Curat. 350. * 5. 31.
— potiores in pignore hab. 557. * 8. 18.
— pro sua jurisdictione. 167. * 3. 4.
— testamento facere possint. 553. * 6. 22.
Quod cum eo, qui in aliena potestate. 257. * 4. 26.
Quomodo et quando Index. 490. * 7. 45.
Quo quisque ordine conveniatur. 689. * 11. 55.
Quorum appellations non recipiuntur. 512. * 7. 65.
— honorum. 520. * 8. 2.
— legatorum. 521. * 8. 3.

3. Imp. VALENTINIANUS et VALENS AA. ad Modestum P. P.

Nulli officium a sententia proprii judicis provocatio tribuatur: nisi in eo tantum negotio, quod ratione civili super patrimonio fortè apud proprium judicem inchoaverit: scilicet ut in eo tantum negotio a sententia, ejus cui paret, judicis, quisquis velit, officialis appellat: quod per procuratorem⁴ etiam persecuti jure tribuitur. — Dat. 4 idib. Jun. Cyzici, VALENTINIANO et VALENTE AA. Cons. 568.

4. Imp. VALENT., VALENS et GRATIAN. AAA. ad Olybrium P. V.

Abstinendum pro [ab] appellatione sancimus, quoties fiscalis⁵ calculi satisfactio postulatur, aut tributarie functionis solenne munus exponitur, aut publici, vel etiam privati (dummodo evidens atque convicti) redhibitus debiti flagitatur: [ut] necessario in contumacem⁶ vigor judicarius excitetur. — P. P. Romæ, 18 kalend. septemb. VALENTINIANO et VALENTE 2 AA. Cons. 568.

5. Imp. VALENS, GRATIANUS et VALENTINIANUS AAA. ad Thalassium proconsulam Africae.

Ab executione⁷ appellari non posse, satis et jure et constitutionibus cautum est: nisi forte executor sententiæ modum iudicationis excedat. A quo si fuerit appellatum, executione suspensa decernendum putamus, ut si res mobilis est, ad quam restituendam executoris opera fuerit induita: appellatione suscepta, possessori res eadem detrahatur, et [sequestro] idoneo collocetur reddenda ei parti, pro qua sacer cognitor judicaverit. Quod si de possessione, vel de fundis executio [cessaverit], et eam suspenderit provocatio, fructus omnes, qui tempore interposita provocacionis capiti, vel postea nati erunt, in deposito⁸ collectentur, jure fundi penes eum, qui appellaverit, constituto. Sciant autem provocatores, se vel ab executione appellantes, vel ab articulo, si eos perperam intentionem coquitoris suspendisse clauerit, quinquaginta librarium argenti⁹ animadversione multandos. — Datum 3 kalend. febr. Trev., VALENTE 6 et VALENTINIANO 2 AA. Cons. 578.

6. Imp. GRAT., VALENT. et THEOD. AAA. ad Hypatium P. V.

Quisquis ne voluntis defuncti testamento scripta¹⁰ reseretur, vel ne hi, quos scriptis patuerit heredes, [in] possessionem¹¹ mittantur, [i]ausus eruit provocare, interpositamque appellationem is, cuius de ea re notio erit, recipiendam esse crediderit, viginti librarium argenti multa, et litigatores, qui tam importune appellaverit, et judicem, qui tam ignavam convinentiam adhibuerit, involvat. — Datum non. april. Trev., AUSONIO et OLYBRIUS Cons. 579.

7. Idem, AA. et ARCAD. ad Pelagium comitem rerum privatuarum.

Ante¹² sententia tempus, et ordinem eventus nec a discussore¹³, nec a rationali appellari licet. — Dat. 15 kal. Mart. Mediol., ARCAD. A. et BAUTONE Cons. 585.

8. Imp. ARCADIUS et HONORIUS AA. comiti rerum privatuarum.

Et publicarum necessitatim, et privati æriari deposit utilitas, ne commoda, quæ domui nostra debentur callidis debitorum artibus differantur. Quamobrem appellatione eorum rejecta, qui aperte manifesteque convicti sunt: hoc observari præcepti hujus auctoritatem censemus, ut ei quem constiterit esse publicum debitorem, appellationis beneficium denegetur¹⁴. — Dat. 3 August. Med., ARCADIO et HONORIO 5 AA. Cons. 596.

TIT. LXVI.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERET¹.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

Etiam post mortem ejus, qui appellavit, necesse est² heredibus ejus, vel reddere causam provocacionis, vel statutis acquiescere. — P. P. 3 non. decemb. ALEXAND. Cons. 225.

2. Idem, A. Marcellinæ.

Ejus, qui requirendus annotatus³ appellavit, et ante actam causam mortuus est, bona ad successorem pertinere, parentibus meis placuit. — P. P. 3 non. decemb. ALEX. Cons. 225.

3. Idem, A. Ulpio.

Si is, qui ademptis bonis in exilium datus est appellaverit, ac pen-

¹ L. 10, supr. de appellationib. — 5. Add. L. 8. in fin. infra. b. t.; excep. L. 22, supr. de appella-
tib. — 6. L. 1, supr. b. t. — 7. L. 21, supr.; L. 4. D. de appellat. — 8. Confer L. ult. supr.
quib. ad libert. proclamare. — 9. L. 6, 2 4, supr. de appellat. — 10. L. ult. pr. D. de appellat.
recipiendo. — 11. L. un. infra. si de momentan. possess. — 12. Confer L. 6, 2 5, supr. de appellat.
b. t. L. 1, 2 1, D. quando appelland.; excep. tonem L. 2. D. de appellat. recipiendo; L. 2,
supr. ut lite pendente. — 13. L. 26, supr. de appellat.; L. ult. infr. de discussorib. — 14. Add.
L. 4, supr. b. t.; excep. L. 22, supr. de appellat.

² Tit. LXVII — 1. L. 6, supr. de his quæ vi metusse causa. — 2. Vide enim d. L. 6.

³ Tit. LXVII — 1. Lib. 2, infr. b. t.; L. 10, 2 2, D. de appellat.; add. L. 1, supr. de diver-
sis script. — 2. L. 1, supr. b. t.

dente provocatione defunctus est: quamvis crimen in persona ejus eva-
nuerit, tamen causam bonorum agi oportet. Nam multum interest, utrum
capitalis pena irrogata bona⁴ reo quoque adinat, quo casu morte ejus
extincto criminis, nulla quæstio superesse potest: an vero non ex damna-
tione [capitis] sed speciali præsidis sententia bona auferatur: tunc el-
enim subducto reo, sola capitis causa perimitur, bonorum remanente
questione. — P. P. 6 id. Mart. MODESTO et PIROBO Cons. 229.

4. Imp. GORDIANUS A. Alexandro.

Si pater tuus ad decurionatum evocatus appellationem⁵ interposuit,
eaque pendente concessit in fatum, honoris ejus quæstio morte finita
est.

5. Idem, A. Felici.

Quamvis ancilla, de cuius dominio disceptabatur, et a rectore provin-
cia contra te jus dictatum fuerat, in fatum concesserit: tamen cum ap-
pellationem super ea re interpositam fuisse, et in numero cognitionum
pendere proponas, ea provocatio suo ordine propter peculium⁶ ancillæ
audiri debet.

6. Imp. CONSTANTINUS A. ad Bassum præf. urbi post alia.

Si unus ex litigatoribus⁷ adhuc pendente appellatione defunctus sit, non
residuum tantum temporis heredes ejus habeant, sed etiam alios quatuor
menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indul-
getur, post lapsum ejus temporis quatuor⁸ mensium numerabitur [spa-
tium]:] ne ignorantes negotium, vel etiam super adeunda hereditate du-
bitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, dannis affici compellan-
tur. — P. P. 15 kalend. Jun. Sirmii, Caisso 2 et CONSTANTINO 2
CC. Cons. 321.

TIT. LXVII.

DE HIS, QUI PER METUM JUDICIS⁹ NON APPELLARUNT.

1. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Dorophani.

Si contra te jure pronunciatum est, nec appellationis auxilium impli-
ratum est, intelligis acquiescere et statutis oportere. In sacro enim co-
mitatu nostro timere nihil potuisti. — S. 15 kal. Jun. Philopopoli,
AA. Cons.

2. Imp. JULIANUS A. Geminiano.

His, qui tempore competenti non appellant, redintegranda audientia
facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra præfatos urbi, [magistros
officiorum], vel magistros militum, seu proconsules, seu comites, seu
prefectos Orientis, [sive vicarios Augustales], vel alium judicem sub spe-
cie¹⁰ formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, a revo-
canda lite repellantur. Qui vero vim sustinerunt, contestatione publice
proposita: intra dies videlicet legitimos, quibus appellari licet, causas
appellationis evidenti affirmatione distinguant: ut hoc facto tanquam
interposita appellatione iisdem aequitatis adiuncta tribuantur. — Emissa
15 kal. Jul. MAMERTINO et NEVITA Cons. 362.

TIT. LXVIII.

SI UNUS EX PLURIBUS APPELLAVERIT.

1. Imp. ALEXANDER A. Licinio.

Si judici probatum fuerit, unam¹ eademque condemnationem eo-
rum quoque, quorum appellatio justa pronunciata est, fuisse, nec diver-
sitate factorum separationem accipere, emolummentum vitoriae secundum
ea, quæ [sæpe] constituta sunt, ad te quoque, [qui nec provocasti] per-
tinere non ignorabit. — P. P. 14 kal. septemb. 2.*

2. Idem, A. Sereno.

Si in una eadem causa unus² appellaverit, ejusque justa appella-
tionem pronunciata est: ei quoque prodest, qui non appellaverit. Quod si
etatis auxilio unus contra sententiam restitutionem impetraverit, majori,
qui suo jure non appellaverit, hoc rescriptum non prodest.

3. Idem, A. Ulpio.

D. h. t. — 3. L. 6, infr. de accusationib. — 4. L. ult. infr. si reus vel accusator mortuus fuerit:
L. un. pr. D. h. t. L. 9, in fin. D. de jure fisci. — 5. Vide enim L. 11, supr. de appellationib.
— 6. L. 16, pr. D. de rei vindicta; add. L. 8, D. de re judicata; L. 1, D. judicatum solvi;
L. 3, supr. ne de statu defunctor. post quinquev. — 7. Add. L. 5, supr. de appellat. — 8. Abrog.
L. 29, D. de re judic.

Tit. LXVII — 1. L. 6, supr. de his quæ vi metusse causa. — 2. Vide enim d. L. 6.

Tit. LXVII — 1. Lib. 2, infr. b. t.; L. 10, 2 2, D. de appellat.; add. L. 1, supr. de diver-
sis script. — 2. L. 1, supr. b. t.

TIT. LXIX.

SI DE MOMENTANEA¹ POSSESSIONE FUERIT
APPELLATUM.

1. Imp. VALENT. THEOD. et ARCAD. AAA. ad Eusignium P. P. •
Cum de possessione, et [eius] momento causa dicitur, etsi appellatio interposta fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum². Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur.—Dat. 14 kal. decembr. *Mediolan.*, Honor. N. P. et Euodio Conss. 586.

TIT. LXX.

NE LICEAT IN UNA EADEMQUE CAUSA TERTIO³ PROVOCARE, VEL POST DUAS SENTENTIAS JUDICUM, QUAS DEFINITIO PRÆFECTORUM ROBORAVERIT, EAS RE-TRACTARE.

4. Imp. JUSTINIANUS A. Menne P. P.

Si quis in quacunque lite iterum provocaverit, non liceat ei tertio in eadem lite super iisdem capitulis provocacione uti, vel sententias excellentissimorum præfectorum prætorio retractare: sententia danda litigatoriis, arbitrio dato, ipsius audientiam qui² eum dedit, ante item contestata invocare: et hujusmodi petitione minime provocacionis vim obtinente.

TIT. LXXI.

QUI BONIS⁴ CEDERE POSSUNT.

1. Imp. ALEX. A. Ireneæ.

Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receperit⁵, non sunt liberauti. In eo enim tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne judicati detrahantur in carcerem⁶.—P. P. 12 kal. decemb. *MAXIMO* et *AELIANO* Conss. 224.

2. Imp. PHILIPPUS A. et PHILIPPUS C. Abascanto.

Si quantitatem, quam licet reipublica condemnatus debetas, inferatus es: frustra vereris, ne⁴ verbum *bonorum cessionis* temere a te prolatum, privare te needum distractis facultatibus, juris rationibus positi.—P. P. 15 kalend. februario. *PHILIPPO* A. et *RETIANO* Conss. 246.

3. Imp. VALERIANUS, et *GALLIENUS* et *VALERIANUS* nobilissimus Cæsar AA. Juliano Lenisse.

Si pater tuus bonis cessit propter onera civilia, ipsius facultates oportet inquiri: non patrimonium, quod tibi⁵ emancipato quesumtum dicitur, inquietari. Quod ut sit, implorare equitatem præsidis debes.

4. Imp. DIOCLETIANUS et MAXIMIANUS AA. et CC. Chiloni.

Legis Juliae de bonis cedendum beneficium, constitutionibus divisorum nostrorum parentum ad provincias porrectum esse, ut cesso bonorum admittatur, notum est: non tamen creditoribus sua auctoritate dividere haec bona, et jure dominii⁶ detinere; sed venditionis remedio, quatenus substantia patitur, indemnitatis sue consulere permisum est. Cum itaque contra juris rationem res jure dominii teneas ejus, qui bonis cessit, te creditorem dicens, longi temporis prescriptione petitorem submovet non posse manifestum est. Quod si non bonis cum cessisse, sed res suas in solutum tibi dedidit monstraret, præses provincie poterit de proprieate tibi accommodare notionem.

5. *Idem*, AA. et CC. Myroni.

Propter honorem municipalem⁷, vel munus, bonis cedentium invi- diosam admitti cessionem minime convenit: sed his obnoxios pro modo substantiae fungi.

6. Imp. THEODOS. A. [apud acta] dixit.

In omni cessione [bonorum], ex qualibet causa facienda, scrupulosityte priorum legum explosa, professio⁸ sola querenda est.—§ 1. *Idem*

TIT. LXIX. — 1. *Confer* L. 8, *infra*; *add* L. ult. *supr*, qui legitimam personam standi n. judic. — 2. *Immo vide* L. 5, *supr*, de appellat. — 3. *Idem* L. 5, *supr*, de verb. oblig. — 2. L. 1, *pr*. D. quis t a quo appell. — 4. Lib. 4, D. 3; N. 135. — 2. L. 7, D. de cessione honor. — 2. L. 7, *supr*, de cessione honor. — 3. L. ult. circa pr. *infra* h. t. — 4. L. 5, L. 6, D. de cessione honor. — 2. L. 8, *infra*.

dixit, in omni cessione sufficit voluntatis sola professio. — Dat. kalend. Maji, Honor. N. P. et Euodio Conss. 586.

7. *Imp. JUSTINIANUS A. Juliano P. P.*

Cum et filiis familiis possint habere substantias, quæ patribus acquiri velite sunt, necnon peculum, vel castrense, vel quod patre volente possident; quare cesso bonorum eis deneganda sit? cum et [si] nihil in suo censu hi, qui in potestate parentum sunt, habeant: tamen ne patientur injuriam, debet bonorum cesso admitti. Si enim et paterfamilias admittendus est propter injuriarum timorem ad cessionis fidele veniens adiutorium, quare filiis familiis utriusque sexus huc jus denegamus? cum apertissimi juris est, et inter patresfamilias et inter alieno iuri subjectos, quid postea ei pinguis accesserit⁹, hoc iterum usque ad modum debiti posse a creditoribus legitimo modo avelli. — Dat. 10 kal. Mart. *Constantinop.*, post consultat. *LAMPAD.* et *ORESTIS* VV. CC. 531.

8. *Idem*, A. Joanni P. P.

Cum solito more a nostra majestate petitur, ut ad miserabile cessionis bonorum homines veniant auxilium, et electio detur creditoribus, vel quinquennale spatum eis indulgere, vel bonorum accipere cessionem, salva¹⁰ eorum videlicet existimatione, et omni corporali cruxciati¹¹ semoto: quotidie dubitabatur, si quidam ex creditoribus valuerint quinquennales dare inducias, alii autem jam nunc cessionem accipere velint, qui audiendi sint? In tali itaque dubitatione nemini putamus esse ambiguum, quod sentimus, ei quod humaniore¹² sententiam pro duriore eligimus, et sancimus, ut vel ex cumulo debiti, vel ex numero creditorum causa judicetur. Et si quidem unus creditor alii omnibus graviter¹³ in summa debiti inveniatur, ut omnibus in unum coadunatis, et debitis eorum computatis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtinet, sive indulgere tempus, sive cessionem accipere desiderat. Si vero plures quidem sint creditoris, ex diversis autem quantitatibus: etiam nunc amplior debiti cumulus minori summae præferatur, sive par, sive discrepans numerus est creditorum: cum non ex frequentissimo ordine fænatorum, sed ex quantitate debiti causa trahatur. Pari autem quantitate debiti inventa, dispari vero creditorum numero: tunc amplior pars creditorum obtinet: ita ut quod pluribus placeat, hoc statuar. Sin vero undique æquitas emergat tam debiti, quam numeri creditorum, tunc eos anteponi, qui ad humaniore¹⁴ declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias: nulla quidem differentia inter hypothecarios, et alios creditoris quantum ad hanc electionem observanda; in rebus autem officio judicis partiendis, suam vim singulis creditoribus habentibus, quam eis legum præstabilit regula: nullo prejudicio creditorum cuiquam ex quinquenni dilatione circa temporalem prescripcione generando.

TIT. LXXII.

DE BONIS AUTHORITATE JUDICIS POSSIDENDIS¹, SEU VENUNDANDIS, ET DE SEPARATIONIBUS BONORUM.

1. Imp. ANTONINUS A. Atticæ.

In bonis mortui potiorem esse causam legatariorum, qui eum (ut pote heredem) convenire potuerunt: quam eorum, quibus ipse [heres] legalit², manifestum est: cum prius legatum quasi ad alienum exigatur: legatum autem a mortuo relicturn, post debiti detractioinem inducatur.

2. Imp. GORDIANUS A. Ariston.

Est jurisdictionis tenor promptissimus, indemnitatique remedium edicto prætoris creditoribus hereditariis³ demonstratum, ut quoties separationem⁴ bonorum postulant, causa cognita impetrant. Reportabitur convenientem desiderii tui fructum, si te non heredum fidem sequitum, sed ex necessitate⁵ ad judicium eos provocare demonstraveris.

3. *Idem*, A. Claudianæ.

Ex contractu, qui cessionem rerum antecessit⁶, debitorem contra iuris rationem convenies, cum eum æquitas auxilio exceptionis⁷ maniat. At tunc demum iterato possis desiderare conventionem, cum tantum pos-

supr. de episcop. et cler. i. fac. L. 16, pr. D. de munierib. et honorib. — 8. L. ult. D. de cessione honor. — 9. L. 4, L. 6, L. 7, D. d. t.; 2. ult. Inst. de actionib. — 10. L. 12, *supr*, et 2. ult. D. de reg. iur. — 11. L. 1, *supr*, ne pro date mulieris bona. — 11. L. 1, *inf*, de jure domini, impetrant. — 12. L. 4, *supr*, tit. prox. i. L. 14, *supr*, de paci. — 12. L. 9, *inf*, qui potiores in pign. — 13. L. 5, *supr*, h. t. — 14. L. 6, *supr*, de hered. insti. — 15. L. 1, L. 6, *supr*, de hered. act. — 16. L. 6, L. 5, *supr*, d. t. — 17. L. 1, 2. ult. D. de separat. — 18. L. 4, *supr*, tit. prox. — 19. *Confer* L. 15, 2. ult. *supr*, de pact. — 20. L. 19, D. de in ius vocand. — 21. L. 7, 2. ult. D. quib. ex caus. in possess. — 22. L. 12, *pr*. D. de rebus

tea⁸ quæsivit, quod præsitem ad ejus rei licentiam debeat promovere.

4. Imp. DIOCLET. et MAXIMIAN. AA. et CC. Clarianæ.

Incivile est, quod postulas, ut unus ex chirographariis creditoribus debitoris bona compellatur⁹ suscipere, satis [ceteris] ejus creditoribus facturus.

5. *Idem*, AA. et CC. Acydino.

Si bona debitoris tui vacare¹⁰ conset, et hæc a fisco non agnoscantur, in possessionem eorum mitti te a competente judice recte postulabis. — 17 kal. Januar. * Conss.

6. *Idem*, AA. et CC. Agathomaro.

Pro debito creditoris addici sibi bona sui debitoris non jure¹¹ postulant. Unde, si quidem debitoris tui ceteri creditoris pignori res acciperunt, potiores eos, quam¹² te chirographarium creditoribus haberi non ambigit. Quod si specialiter, vel generaliter nemini probentur obligatae, ac sine¹³ successore communis debitor, vel ejus heres decessit: non dominii rerum vindicatione, sed possessione bonorum, itemque venditione æquali portione, pro rata debiti quantitate omnibus creditoribus consuli potest.

7. *Idem*, AA. et CC. Domno.

Si uxor tua pro triente patruo suo heres exstitit, nec ab eo¹⁴ quicquam exigere prohibita est, debitum a coheredibus pro besse¹⁵ petere non prohibetur: cum ultra eam portionem, qua successit, actio non confundatur¹⁶. Sin autem coheredes solvendo¹⁷ non sint, separatione postulata, nullum ei damnum fieri patiatur. — Dat. kal. decembr. AA. Conss.

8. *Idem*, AA. et CC. Ælidae.

Si possessionem rei servandæ uxor defuncti, vel alii creditores missi, dominium¹⁸ ex ea causa adipisci minime possunt.

9. *Idem*, AA. et CC. Teruncio.

Cum proponas, eum, contra quem supplicas ex administratione negotiorum tibi obligatum, hunc secundum juris rationem aditum rectore provinciae potes convenire. Nam si ad circumscriptionem¹⁹ tui juris latit, nec defendit, et eum *tuum esse debitorum* constat: ad exemplum edicti, bonorum²⁰ ejus possessionem poteris impetrare. Tempore autem transacto, etiam venditionem eorum a competenti judice postulare non prohiberis. — Datum 14 kalend. septembr. *DIOCLET.* * et *MAXIM.* AA. Conss.

In AUTHENT. de exhib. et introducend. reis, § Si vero semel, col. 5, tit. 8, al. 6, Novell. 55, cap. 4.

Et qui jurat se venturum ad judicem, si se subtraxerit, judex ipse si administrator sit, vel is, qui judicem dedit, jubeat eum exhiberi. Si vero omnino absit, secundum unam partem examinato negotio miti et acutum in possessionem rerum ejus juxta²¹ mensuram declarati debiti. Quod si redeat, antequam prosequatur causam, resarciet actori omne damnum: prestabilitque fidejussorem de lite prosequenda, et res suas suscipiet.

10. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

Cum apud veteres questionem ortam invenimus super pecuniis debitis, pro quibus hypothecæ non sunt constituta, propter res ad debitorem pertinentes, dum se veriores creditoribus formidans, sese claverit, et illi de rebus ad eum pertinentibus competitia ingrediantur judicia, postulentque in possessionem rerum sese transmitti: si etiam alii creditores, quibus obnoxius esse videtur, possint quandam habere communionem in rerum possessione: hujusmodi dubitationem amputantes, censemus per presentem divinam generali constitutionem, ut si non omnes hujusmodi debita pretendent, sed ex his certi ab judiciali sententia in possessionem rerum militant, non solum hi, sed etiam alii omnes talia debita pretendent, eadem committit, ut possint cum prioribus rerum detentoribus communionem habere in rebus, de quibus (sicut superioris declaratur) prolati fuerit sententia. Quid enim iustus est, quam²² omnes, qui ad res debitoris mitti debent, esse participes hujusmodi commoditatis? Ut autem non in perpetuum aliorum negligant illis, qui pro suis debitis alacriores creditoribus alii ostenduntur fuisse, prægraventur: rectus nobis esse videtur, tunc communionem habere in possessione rerum alios creditores, qui non hoc peregrine nos-

8. L. 7, *supr*, tit. prox. — 9. L. 2, 2. 5, D. de curatore bon. dando. — 10. L. 6, vers. quod si, *inf*, h. t.; 1. 1, *supr*, ne pro date mulieris bona. — 11. L. 1, *inf*, de jure domini, impetrant. — 12. L. 4, *supr*, tit. prox. i. L. 14, *supr*, de paci. — 12. L. 9, *inf*, qui potiores in pign. — 13. L. 5, *supr*, h. t. — 14. L. 6, *supr*, de hered. insti. — 15. L. 1, L. 6, *supr*, de hered. act. — 16. L. 6, L. 5, *supr*, d. t. — 17. L. 1, 2. ult. D. de separat. — 18. L. 4, *supr*, tit. prox. — 19. *Confer* L. 15, 2. ult. *supr*, de pact. — 20. L. 19, D. de in ius vocand. — 21. L. 7, 2. ult. D. quib. ex caus. in possess. — 22. L. 12, *pr*. D. de rebus

auctor. judicis possid. — 23. L. 20, *inf*, de agricolis et censit. — N. 40, in pr. 2. 1.

Tr. LXXIII. — 1. *Add* Lib. 10, *inf*, tit. 1; Lib. 49, D. 14. — 2. L. 2, *supr*, ne uxor pro marito: *vide* tam L. 4, *inf*, in quib. caus. pign. facie contr. — 3. L. 9, *supr*, de jure dict. fac. L. 1, L. 4, *inf*, qui potiores in pign. — 4. *Vide entit* L. 12, *inf*, d. t. qui potiores; L. ult. *supr*, de pact. — 5. *Fac* L. 2, *inf*, qui potiores; L. 46, 2. 5, D. de jure fisci. — 6. L. 7, *inf*, h. t. — 7. L. 2, *inf*, in quib. caus. pign. d. L. 46, 2. 5

supr. de episcop. et cler. i. fac. L. 16, pr. D. de munierib. et honorib. — 8. L. ult. D. de cessione honor. — 9. L. 4, L. 6, L. 7, D. d. t.; 2. ult. Inst. de actionib. — 10. L. 12, *supr*, et 2. ult. D. de reg. iur. — 11. L. 1, *supr*, ne pro date mulieris bona. — 11. L. 1, *inf*, de jure domini, impetrant. — 12. L. 4, *supr*, tit. prox. i. L. 14, *supr*, de paci. — 12. L. 9, *inf*, qui potiores in pign. — 13. L. 5, *supr*, h. t. — 14. L. 6, *supr*, de hered. insti. — 15. L. 1, L. 6, *supr*, de hered. act. — 16. L. 6, L. 5, *supr*, d. t. — 17. L. 1, 2. ult. D. de separat. — 18. L. 4, *supr*, tit. prox. — 19. *Confer* L. 15,